



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

26. S. Mater Anna

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Instructio meritoria.

Dum soli sumus in cubiculo, affue-
mus frequenter expansis in modum Cruci
brachiis adorare Crucifixum sub quo
que Pater & Ave, supplicantes pro
no, & gratia Christianæ fortitudinis,
patientiæ tempore aduersitatis, & delo-
tionis. Assuescamus & ad quemcum-
que afflictionis casum laudare Dom-
num, statim dicendo: *Deo gratias.*
Quod placuit Domino, factum est!
Nomen Domini Benedictum! Hic
Sanctorum est. Cur non & nostrum?

**Solemnitas Sanctissimæ Annæ
Christi Jesu Avix, & Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ Matris glorio-
sissimæ.**

EXHORTATIUNCULA I.

Bona est oratio cum jejunio & ele-
mosyna, ait Tobias. SS. Annæ
postquam viginti annos in jejuniis,
precibus exegisset, denique à probro
rilitatis liberata est. Dilecte! spem
abjiciamus, si nos non citò audiat Deus.
Impetrabimus, si oraverimus cum cor-

stantia. Sæpè si petita differuntur, commutantur in meliora : Et non rarò majora accipimus, quàm fortè desideraverimus antea.

Instructio meritoria.

In honorem totius Consanguinitatis Jesu, Mariæ, Josephi, & SS. M. Annæ per annum die Martis Lytanas recitemus de his SS. Personis, quas vel in legibus Marianis, vel in *Mane nobiscum* reperiemus. In Cœlo sunt nobis Consanguinei alii. Obliviscamur mundanorum!

II.

Pro sublato sterilitatis probro quid obtulit S. Anna? Quod habuit optimum, Filiam Mariam. O fili! quæ hæc confusio nostra? Quanta & illa sunt beneficia, quæ desursum accepimus omni momento, & adhuc incessanter accipimus. Et nos vix recordamur? Imò his ipsis donis utimur ad contumeliam Benefactoris malè vivendò. O iniquitatem!

Instructio meritoria.

Tollamus, & satisfaciamus, & per hanc Octavam quotidie cum aliquo abstinentiæ, vel alterius mortificationis actu no-

ven

vem *Pater & Ave* in honorem nominum mensium, quibus Beatissima Virgo concepit in utero SS. Annæ, persolvamus. fine addamus *Magnificat*. Multum dat parentem, qui ore Filia.

III.

Dilectissime! Scimus utique, quomodo possit Maria coram Filio Jesu. Quid ergo & poterit Avia tota Venabilis coram Nepote Dei Unigenito, & Sancta scilicet Anna? Accedamus, & Annam in Matrem eligamus, & prætium cum tota SS. Consanguinitate ad ætulum mortis invitemus. Suavis est ultima lucta, si inchoetur præsentem Avia.

Instructio meritoria.

Assister, & consolabitur nos in nostris angustiis constitutos, si diebus illis antè cubitum accenderimus ceram quendam S. M. Annæ dicatum, & *Pater & Ave* cum oratiuncula ex *Magnificat* nobiscum defumenda recitaverimus. Quia S. Annam diligit, Jesum, & Mariam. lit. Hoc cultu quid delectabilius?